

Testes quenter æmuli, dexteras nobis dant hujus Docto- A
Itæ. ris quædam volumina, sc. contra gentes, sum-
Vielmus mam theologiam, libellum de ente & essentia, nõ
Dom- modo in suam linguam accuratè vertentes, ve-
nica. rum etiam suis adnotationibus & commentarijs
Pater illustrantes, eximijque præconijs prosequentes:
Joan. Thomas (ait Nilus Theſſaloni,) *Latine theologia*
Blanco- facile princeps: & Bessarion Nicenus, *Thomas*
no Mi- Aquinas non minus inter sanctos doctissimus, quam
nor. inter doctos sanctissimus: & Georgius Scholarius
 vulgato nomine Gennadius, patriarcha Constan-
 tinop. Thomam Aquinatem, nescio an ali-
 quis suorum sectatorum pluraquam ego, ad-
 miretur & colat. Si quis ejus scriptis animum
 adhibuerit, hunc nullis alijs nullis indigere B
 upinor, satisque ei esse sua rectè posse per-
 cipere.

Apud *Eum non modo principes Apostolorum, Pe-*
Cappon. trus & Paulus erudierunt, & Beatissima Deipara
 in 1. & (testante id Julio III. Pontifice) ipsum de vitæ ac
Nugnũ scientiæ, quam longè lateque effuderat, integritate
 in 3. p. per visionem edocuit: sed & Christus *scriptoris*
Ex bul- Angelici doctrinam hoc elogio mirabiliter proba-
 la Pij V. vit, *Bene scripsisti de me Thoma: quam mercedem*
 accipies? Atquæ ne hoc loco nebula quorundam
 oculis ofundatur, suspicantiam de illa dimittat
 Doctoris nostri scripture id pronunciatum, qua
 divinum diviniſſimi Sacramenti officium, divinis
 magis quam humano edidit opere, ad eam discut- C
 tiendam valebit, quod officium illud anno Dõ-
 mini 1264. in civitate Urbe-vetana scriptum
 fuerit, ubi tunc temporis Theologiam publicè
 profectebatur Thomas, & in cujus ditione fertur ac-
 cidisse miraculum corporalis sanguine tincti:
 Elogium verò jam dictum Neapoli contigisse, &
 crucifixus ad perpetuam rei memoriam aservatus,
 & unus omnium historicorum consensus probat,
 quos Pius V. sequitur. Accidisse autem im-
 minente jam sancti Viri obitu affirmat Petrus de
 Natalibus; & mercedis propositio suffragatur.
 An verò (quod nonnulli referunt & locis, & tem-
 poribus diversis eadem vox bis facta fuerit, non
 hîc discutimus, proposito nostro sufficit semel au- D
 ditam, ut quod Deus scripto mandandum inspi-
 raverat, generaliter ipse probaret: sic enim ap-
 probatam habemus Doctoris nostri scientiam &
 doctrinam à Græcis & Latinis, ab Apostolis, à
 Deipara, ab ipso Domino. Sermonis autem ea
 erat gratia, seu colloquijs privatis seu concio-
 nibus publicis (neque enim sacrarum concio-
 num exercitium ab eo neglectum aut præter-
 missum fuit,) ut animos varijs errorum nexibus
 implicitos, effertotque sua lingua velut altera
 Davidis cithara demulceret, & ad tranquillitatem
 cultumque fidei reduceret.

Duo quos Judæorum perfidia in id usque tem-
 poris dementaverat, ita sunt ejus disertatione, E
 quam oratio condebat, conversi, ut quanto studio
 prius sectabantur errorem, tanta ac majori etiam
 devotione postea religionem catholicam excolerent.
 Quod exemplum ut in Judæis rarissimum, ita
 admiratione & memoria dignum est, ideoque
 non tæcendum. Cum per octavam paschæ sermo-
 nem Romæ habuisset ad populum: ecce mulier
 quæ sanguinis fluxum jam diu patiebatur, fuerat
 multa perpessa à compluribus medicis, & ero-
 gaverat omnia sua, nec quicquam profecerat,
 accessit & tetigit simbriam vestimenti ejus, &
 confestim siccatas est fons sanguinis. Sed mirentur
Conver-
si duos
Judeos.
Sanat
mulie-
rem.

alij signa quæ fecit, ecstases in templo, ecstases in
 domo, ego nihil ita stupeo, ut profunditatem hu-
 militatis, abyssum scientiæ, mansuetudinis, mode-
 stitiæ. Cum enim corona scientiæ sit humilitas, &
 gemma gratissima submissio sapientis; ut inauris
 aurea & margaritum fulgens sit qui ad sapien-
 tiam addit humilitatem: quis non omni cum re-
 verentia suspiciat virum altitudinis scientiæ Che-
 rubinum, sui contemtionis abyssum, in quo
 sapientia & humilitas obviaverunt sibi, altitudo
 & profunditas osculata sunt? Veritatem nova
 quadam methodo solidissimè confirmat, falsita-
 tem invidijs quidem rationibus refutat; authores
 verò ipsos summa animi mansuetudine designat,
 stilo mitissimo reprehendit: Patres quibus diutur-
 nus Catholicorum consensus illius ætatem autho-
 ritate dederat, ubique mirificè veneratur, eos-
 que vel commode interpretari laborat, si vera
 veritati videantur dissentanea; vel cum opprimi
 veritatem eorum autoritate cernit, tantum quod
 excesserit, paucissimis verbis indicat. His velut
 alis subnixus in eam autoritatis arcem est evecus
 Sanctus Doctor, ut ad ejus sententiam tanquam
 ad oraculum curreretur. Quis Christianorum non
 penè ut Angelum; quis Theologorum non ut
 principem *communemque Doctorem* veneratus est?
 Quàm autem non solum privatæ conditioni, sed
 ipsi quoque Pontificum insula reverendus fue-
 rit, Regumque coronæ, declarant historici
 qui eam à Ducissa Brabantia consultum, à Car-
 dinalibus exceptum, à Rege Gallorum sancto
 Ludovico vocatum, à Pontificibus accitum,
 tandemque ad generale Concilium quod Lugduni
 habendum erat, missum ferunt. Quo in itinere
 cum appropinquaret hora ut desiderium animæ
 ejus tribueretur ei, & non fraudaretur volunta-
 te laborum suorum, sed mercedem Neapoli
 oblata & petitam reciperet: morbo qui lethali-
 sis ei erat, correptus animam Deo reddidit. Cu-
 jus morte lumen orbis extinctum, (quod absens
 Albertus cognomento Magnus prophetaſſe di-
 citur) cometes qui paucis ante diebus videbatur,
 indicavit moriente Thoma deficiens. Verum
 ejus memoria in benedictione est, vitam cuncti
 mirantur, doctrinam scholæ omnes am-
 plectuntur, mortuus corpore, vivens spiritu
 evanum fideles docet, infideles proſigat:
 ut alter Sampson multò plures interficit mor-
 tuus, quàm ante vivens occiderat. Nostratum
 partium est, Auditores, vitæ integritatem, ani-
 mi que modestiam imitari, doctrinam ample-
 cti, si nolimus à tramite veritatis deviare, sed ad
 Christum qui veritas est, pervenire. Cui sit honor
 in sæcula sæculorum. Dixi.

Habita in ecclesia PP. Predicatorum Duaci
 7. Martij 1616.

ORATIO IX.

*Quæ est prima Apologetica pro S. Ber-
 nardo.*

DICENTE Apосто 2. Cor. 5. *Scimus*
 quoniam si terrestris domus nostra hujus
 habitations dissolvatur, id est, si corpus
 hoc nostrum in quo velut in habitaculo
 seu